



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Iudicium temerariu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

3 Iudæo non licet Christianum seruum, aut famulum habere. Quod si eius seruus Christianus est, aut esse vult, fit liber.

* *Azorius l. 2. q. 7. § Quod si* c. *mancipia. d. 54. vide Caiet. 2. 2. q. 169. 2.*

4 Iudæi non sunt prohibendi celebrare suos ritus, aut reficere suas Synagogas.

* *Vide Azor. l. c. c. 6.*

5 Aiunt quidam, posse Principem non habentem superiorem in temporalibus, permittere Iudæis vsuras, si ita expediat Reip. Licet enim permittere mala minora ad euitanda maiora, vt apparet in meretricio.

* *Vide Azor. l. 8. c. 22. q. 13. Nau. c. 27. nu. 143. Conf. 3. de vsu. Syl. Vsur. q. 22.*

Addit. 3 Dicens, se esse Iudæum, peccat mortiferè, nunquam enim licet alienam profiteri fidem *Cai. 2. 2. q. 3. art. 2.* idem dicit de vtente Iudæorū veste: de quo vide *Azor. l. 8. c. 27. q. 4.*

Christiana nutrix, extra Iudæorū domus, eorum infantes nutrire potest *secundum Zabarrellam*: quod negat *Ant. de Bu. Io. And. Abbas, Azor. l. c. c. 22. q. 9.*

In Comœdijs, & Tragœdijs populo exhibitis Iudæorum, & Paganorum veste vti licet. *Azor. l. 8. c. 27. q. 6.*

Iudex, vide Iudiciales actus.

Iudicium temerarium.

Non est mortale temerè de aliquo iudicare id, de quo ille nihil curat; vel

de eo suspicari malum etiam firmiter, sed putando forte esse falsum. Quidam tamen etiam suspicionem putant posse esse aliquando mortale, quod communiter non est verum.

* *V. Val. t. 3 d. 5. q. 4. p. 3. Sor. l. 3. q. 4. art. 3. col. 8. Caiet. 2. 2. q. 60. art. 3. D. Tho. ibid. leg. Nau. in rub. de Iudicijs. à n. 47. Caiet. explicantem, P. N. l. 2. c. 4. nu. 445.*

Quidam } *Salon. q. 60. art. 3. Bannes. ibid.*
 2 Iudicare malum ex signis probabilibus, mortale non est: est autem si ex leuibus iudices malum grande de proximo.

D. Th. 2. 2. q. 60. art. 3. Caiet. 16. Val. Bannes, Sor. Salon l. c. P. N. n. 449. Nau. c. 18. nu. 9.

Addit. } Iudicium temerarium de veniali veniale est. *ex D. Th. l. c. & communi P. N. n. 444.*

De defectu naturali mortale esse, quidam aiunt, quidam negant. vide *P. N. n. 450.* certi si naturæ defectus grauem inferret infamiam, m. p. esset temerarium de eo iudicium. *V. al. & Salon. l. c.*

Si verbis explicans iudicium infamiam inferas, restituenda erit fama. *P. N. n. 456.*

De honestissimo viro grauius malum suspicari, m. p. est. *Sor. l. c. col. 8.*

Vt iudicium temerarium sit. p. m. debet esse certum de re graui ex leuib⁹ indicijs. Res grauis est. m. p. sed perpendenda ex infamia. *Sor. art. 3. citato.*

Suspendere bonam opinionem sine sufficienti

D
 cient
 esse, a
 Sor. l. c.
 mort
 Qu
 dicia v
 In re g
 nari, &
 putat.
 Iudic
 cin
 D
 1 Ivd
 rior
 2 Quæ
 cum, &
 stalicus
 qui ad
 cognosc
 *Con
 3 Male
 viduis, &
 ficum.
 4 Ad I
 famarin
 rius, & a
 peccatum

cienti iudicio, de proximo irre graui. p. m. esse, ait *Met. l. 1. instruct. §. 37. negat P. N. nu. 453. Sor. l. c. addens tamen, aliquando id posse esse mortale. Idem docet Val. l. c. p. 4.*

Quæ sint sufficientia ad iudicandum in-
dicia videbit vir prudens. *Sor. l. c. & Val. p. 3.*
In re grauiissima ex leuibus indicijs malè opi-
nari, & dubitare adhibita deliberatione, m. p.
putat. *Arrag. q. 60. art. 3. cum Vist. contra Caiet.*

*Iudiciales actus, vide Appellatio, Benefi-
cium, Censura, Clericus, Denuntia-
tio, Fœmina, Iuramentum.*

De Iudice, & Arbitro, vide Reus.

- 1 Iudicem esse in propria causa, licet Superiorem non habenti.
- 2 Quæstione orta inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem super iurisdictione, Ecclesiasticus iudicabit ad quem pertineat: alioqui ad quemuis Iudicem ordinariè pertinet cognoscere in dubio, an sit sua iurisdidio.
** Couar. pract. quæst. c. 33. num. 1.*
- 3 Malefactores possunt à miserabilibus, vt viduis, & pupillis, trahi ad Iudicem Ecclesiasticum.
- 4 Ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet causa matrimonialis, & an contractus sit vsurarius, & an iuramentum liget, & an aliquid sit peccatum mortale: quamquam inter sæcula-